possidendum iure, dominio, proprietate ac quavis competentia et prerogativa cum omnibus et singulis praedictae summae censibus, interesse quoque praedictam summam utilitatibus, fructibus, commodis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis in universum omnibus, nihil ad praedictam summam de iis, suisque usufructibus, aut proprio ac alio excipiendo aut reservando, verum prout hoc ius omne et summam praedictam condescendens ipsamet tenuit, habuit, ipsamque concernebant ac eidem serviebant. Ita prorsus et de facto Magnifico Andreae Maximiliano de Pleszowice Fredro Castellano Leopoliensi, possessorum bonorum Villae Czernichow et aliorum eo praefatum hodie, eiusque posteris accepta ab ipso praedictis reali et totali satisfactione, cessit et condescendit, prout praesentibus cedit et condescendit, omneque et ipsum ius suum, sibi ad praedictam serviens in personam eiusdem Magnifici Castellani Leopoliensis cessionarii sui, et eius posteris, toto et plenarie, transtulit, transfudit, et incorporavit, prout praesentibus transfert, transfundit, et incorporat. Per eundem Magnificum Castellanum Leopoliensem cessionarium suum, eiusque posteros, hoc ipso iure cessionis summas praefatas praedictas omnes praedictae condescensas cum omnibus earundem utilitatibus et usufructibus, competentiisque et prerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, summas praefatas, tamquam suas proprias tollendi, levandi, percipiendi, de levatis et perceptis quietandi, pro eisdem si non fuerint persolutis iure agendi, processus quosvis dubios inspiciendi, ac ad debitum executionis finem deducendi, praedictasque omnes tamquam suas proprias ad suos, et suorum successorum, quorumvis beneplacitos usus, libere, et efficaciter convertendi, praefati Iuris originalis ac omni laudamenti de condescensione praesentis cessionis et transfusionis vigore.

Gnoinski Consorti Reformat.

Excopia

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Andreas Gnoinski, sanus mente, et corpore existens, a nemine coactus, iuribus, suis bonis, quibus propriis et competentiis, praesenti iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis, quo ad actum praesentem attinet, se cum successoribus ac bonis suis applicat

qualiter omnibus toto et plenarie subijciendo et incorporando prout Libere, pacifice ac
perceptibiliter. Qui quidem ipse Generosus Alexander de Orzechowce Generosi
olim Stanislai de eadem Orzechowce Orzechowski filius, Consorti suae Generosae
Lectissimae, summam Trium Millium florenorum polonicorum, iure vero dotis
et exceptionis, de bonis Paternis et Maternis, sibi ipso accessis,
et in domum suam importatis, Item et aliam similem summam Trium
Millium florenorum polonicorum, iure veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super
tota et integra medietate bonorum suorum qualitercunque dividuorum et
obligationum summarumque quarumcunque pecuniarium, nunc habitarum et
in posterum habendarum, non derogando quicquam priori Reformationi, ac
alijs quibusvis Inscriptionibus, et Iuribus, per se Praetensis Generosae
Consorti suae, coram actis quibusvis authenticis Regni, super sum-
mas quascunque pecuniarias recognitis et condescensis. Nec non alijs qui-
busvis iis Iuribus, et Inscriptionibus ab se habitis, Nec non auri, ar-
genti, clenodiorum, vestium, vestimentorum, pecorum, pecudum, ac totius
et integrae supellectilis domesticae dat et dotat, dotalitat, invenit
et Reformat, prout eatenus dedit, dotavit, dotalitavit, invenit et
Reformavit. Per ipsam Generosam Alexandram Consortem suam bonorum
ac rerum suprascriptarum omnium medietatem, cum universis attinentiis et spectantiis
tenendi, habendi et possidendi, ijsque quiete et pacifice utifruendi
ac ad suos, et suorum successorum usus beneplacitos usus libere et
effective convertendi, vigore et more, aliarum Reformationum, hactenus et di-
vinis in Regno observari solitarum. Hac sua personali Recognitione
ad praesens oblata mediante.

Gnoinscij Conjuges Fredrowi Castel-lano Leopoliensi scriptam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premi-
sliensis Generosus Andreas Gnoinski, et Alexandra de Orzechowce, Generosi olim
Stanislai de eadem Orzechowce Orzechowski filia, supradicti vero Generosi
Andreae Gnoinski Consors Lectissima, Conjuges, et quidem Generosa Consors, cum
eius c